Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et omnes uias meas prouidisti quia non est sermo
in lingua mea.
Ecce dne tu cognouisti omnia nouissima
& antiqua tu formasti me & posuisti
sup me manum tuam.
Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata
est & non potero ad eam.
Quo ibo a spu tuo & quo a facie tua fugiam.
Si ascendero in caelum tu illic es si descendero
ad infernum ades.
Si sumpsero pennas meas diluculo & ha
bitauero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet me & tenebit
me dextera tua.
Et dixi forsitan tenebrae conculcabunt me
& nox illuminatio in deliciis meis.
Quia tenebrae non obscurabunt a te & nox sicut
dies illuminabitur sicut tenebrae eius ita